

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Disputationes Chirurgicæ Selectæ

Haller, Albrecht von

Lausannæ, MDCCCLV.

VD18 90538889

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-16577

X L I X.

D I S S E R T A T I O

M E D I C A,

D E

STRUMA OESOPHAGI,

HUJUSQUE COALITU DIFFICILIS AC

ABOLITÆ DEGLUTITIONIS CAUSIS

Quam Præside

B. D. MAUCHART P. P.

Tuebatur

PHIL. HENR. BEUTTEL,

BLAVIFONTANUS.

Tubingæ 29 Maij anno 1742.

D d d 2

P R Ä



DOMINI CONSTITUTIONE RE PUBLICA

AUGUSTI 1776

5

STATUMA GEOHANGI

IN LUGDUNO-BELGII. MDCCLXXVI.

AD ALLEGORIAS POLITICALIS CIVICIS

QUOD REGES

RE PUBLICA HELLE SALVE

QUOD REGES

PER HELLE RE PUBLICA

DOMINI CONSTITUTIONE RE PUBLICA

PER HELLE RE PUBLICA

777 659 1



P R A E F A T I O.

Plurimis quidem, eisque gravissimis, circumsepta est difficultatibus dogmatica medicine theoria, ac judicosa praxis; Crucem vero inter has maxime figit specialissima & individualis causa morbificae, quam vocamus, inimediata, latentis, obscurae, intricatae, ac ejusdem subjecti, cui inheret, sagax indagatio. Sicuti vero non, nisi sublata causa, tollitur effectus, ita omnes ingenii ac judicii vires intendere medicum oportet, ut eam, si non demonstrativa, probabili tamen quavis ratione prudenter eruat. Jure igitur meritoque dolemus in quamplurimis medicorum scriptis diversarum adeo & numerosarum unius ejusdemque affectus morbifici, in diversis agrotantibus olivarum causarum neque distinctam satis, neque claram ut plurimum haberi semiotican: imo ex ipsis historiis medicis, satis persuictorie passim conscriptis, ne quidem a sagacissimo vel ipso Aesculapio verosimilem vix, nedium certam excupi posse theoriam, ob insufficientem & mancam phenomenonorum emanationem.

Quam ob rem & opere pretium facturos existimantur, qui obscuras atque riores morborum causas clariori luci data opera, & nos presenti: hoc specimine, quod singularem deglutitionis impeditae ac abolite causam pertractat, aliquam a benevolo lectori gratiam inituros speramus.

Per deglutitionem intelligimus illam in economia humana actionem, e naturali ac animali [a], mixtam, qua mediante ad faecium ijsbum appellationia solida ac fluida, in decenti proportione ad commensurabilitatem constituta, per canalem cesophagi descendunt, deprimuntur [b], & in ventriculum naturaliter promoventur [c]. Quam varia autem huic deglutitionis actus natura-

[a] Scil. quæ partim voluntibus nobis instituitur, dirigitur, modificatur: partim etiam noentibus & non advertentibus perficitur.

[b] Assumpta, solida maxime, non simpliciter & sola vi gravitatis suæ descendere per cesophagum evincunt hujus structura musculosa, coarctatio circa orificium ventriculi superius, experimenta ac observations practicæ. Videtur id etiam innuere deglutitionis etymologiam, cuius nempe primitivum est obsoletum illud glutio, descendens a glu, quod idem est ac stringo.

[c] Hæcque est deglutio perfecta, κατ' ἔξον διcta. Imperfecta & semiplena possit dici, quando in cesophagum deglutita exentur hujus foramine p. n. ac vulnere in cavum pectoris aut abdominis. Qualem casum vidit Praes in cadavere phthisici, arrosi scil. & erosi cesophagi, ac sua alimenta & medicamenta eructantis in cavum pectoris. Imperfectæ deglutitionis specimen præbet nostrum quoque thema, ubi deglutita non penitus in ventriculum perveniunt, sed, obice posito, proprius vel remotius a ventriculo, morantur & hærent in cesophago, donec vomitu rejiciantur. Improprie & analogice saltem deglutio vocatur, deviatio & illapsus ille solidorum vel liquidorum intra laryngem & asperam arteriam, wann einem etwas in die ungebte Kehl gekommen; suevic idiomate nostro vocamus das Verkurnen. In nulla alia

D d d 3 lingua.

